



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XIII. De Simonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

conscientiæ anxietas inde proveniret, & animorum perturbatio; hæc autem eo sine dico, ut multos religiosæ conscientiæ homines ab illa perplexitate liberem, non verò ut quemquam ab eleemosyna faciendi abstraham; dare enim eleemosynam & omnia munda sunt vobis; & divites scire velim, aliquando fore, ut Deus accuratissimam rationem divitiarum, illarumque usus ab iis exigat.



CAPUT XIII.

De Simonia.

IDEAM quendam fictitiam simoniæ prædicti Theologi excogitant, quæ nunquam in mentem simoniacorum venit, quæ temporale bonum in se ipso spectatum tantum æstimat, quanti spirituale in se ipso spectatum; sic dari potest, inquit, temporale pro spirituali duobus modis, 1. ita ut temporale pluri æstimetur, quam spirituale, quod simonia est, 2. ita ut temporale sit quidem motivum conferendi spirituale, pluri tamen, quam spirituale non fiat, quod simoniæ vitio caret.

REFELLITUR.

Nullus unquam moralis Theologus docuit, ad simoniæ vitium contrahendum, requiri, ut temporale pluri fiat, quam spirituale; sufficit enim ut unum de utroque alterius: in duobus igitur conveniunt Theologi; primum est, temporalem verbi gratia, sacrificium missæ, professionem religiosam, beneficium vendi non posse, pretio pecuniæ, vel alterius temporalis æquivalentis: videri possunt Major d. 25. Victoria de simonia n. 10. Sorus de iustitia quest. 6. Cajetan in summ. verb. simonia, appello istos, quia in hac materia strictiores sunt; Alterum est, accipi posse pecuniam pro re spirituali, modo ex motivo honesto accipiat, non verò titulo pretii: sic approbat Ecclesiæ gratuitum stipendium, quod datur sacerdoti, ut faciat sacrum, ut administret Sacramenta, ut choro interesse, ut preces offerat pro vivis & defunctis; in his duobus omnes Theologi conveniunt; aliud est, de quo inter illos disputatur, quando nam scilicet pecunia illa habeat rationem pretii, & qui dat rem spirituales, eam vendere censetur: D. Thom. videtur putare, tunc censeri, quando tradit spirituale propter pecuniam accipiendam, tanquam propter principalem finem: subscribit Major d. 25. quest. 2. §. sed contra, ubi asserit, sacerdotem simoniacum esse, qui facit sacrum propter pecuniam, ut propter finem principalem, sine quo sacrum non faceret; alii tamen Canonistæ & Casuistæ huic opinioni, quæ D. Thomæ esse videtur, non subscribunt; refragatur etiam Sorus q. 6. art. 2. ubi docet, finem principalem percipiendi distributiones, sine quo aliquis Canonicus choro minimè interesset, vel grandis pecunia, sine qua virgo ad professionem religiosam non admitteretur, simoniæ labem non inferre: sed vult, ad simoniam requiri, ut vera venditio ipsa, aut virtute interveniat, & pro spirituali detur, vel accipiat temporale, titulo pretii, Tannerus & Valen-

Non est igitur, quod adversarii opponant, hanc

fictitiam esse ideam simoniæ, ad quam illi, qui vendunt Sacramenta minimè attendunt; res enim adeo facilis est, ut vix mulierculæ capum sapientie quis enim nescit, aliud esse vendere sacrificium missæ, aliud nolle rem sacram facere, sine velis peritio; item aliud est, vendere professionem religiosam, aliud nolle admittere ad professionem sine dolo, nulla igitur, inquit, simonia erit; quis enim stolidus excludere non possit rationem illam venditionis & pretii? Hoc certe eadem facilitate arguitur qua adstruitur: & dico, cum quæritur de pretio actu, virtute, vel habitu, ut nullo modo vendatur aut emere rem spirituales temporali, seu habere temporalem ut spirituales pretium, non doli, sed simoniam contra jus divinum, dando rem spirituales, gratitudinis causa, pro temporali accepta; dicitur absque ulla pacto pretio, quo tempore pretii loco statuat; si quis autem hac dispositione actuali, vel habituali careat, deique pecuniæ in re spirituali, ut unum ad æquale alteri, id est, ut pretium, incurrit in peccatum simoniæ contra jus divinum, licet expresse non advertat, in ea permutatione, rem spirituales meritis, temporalem pretii-ces obtinere.

Quis igitur beneficiarius, inquit, habet formalitatem peritus, necdum prodigat contritiæ pecuniam, vel aliud temporale accipere potest pro beneficio resignato? Respondeo, id fieri non posse; quia 1. leges Canonice id verant, ita ut deinde ac limitat Tannerus; 2. Quia vix sine pacto fiat, quod si accedat, simoniam esse contra; observandum tamen est, Conclia & Pontifices, apud prohibetur, ne compensationes temporales beneficiis accipiantur, loqui de compensationibus, pactione inter partes firmatis, non verò de mere pretiis, de quibus pacto conventum non fuit, v. g. pilcopus alicui gratificatus est opportune, ordinem si conferendo, is grati animi ergo, equum Episcopus vult dono dare, hic sine simonia potest accipere, etsi questionis de simonia, ea, sicut Episcopus, quia ejus oblatio nullam culpam involvit ingratam, non ex ambiguitate petitione procedit: Innocentius Archidiaconus, Hostiensis, Turresem, Hugo, Novus idem sentiunt. Apud alios auctores multos similes casus inveniunt, in quibus docent, posse dari spirituales pro temporali, si compensatio sit meræ gratitudo, & nullum pactum intercesse: exempli causa, si doctor gratuitam operam Episcopo prestat, habet cet gratiam rependere, beneficium conferendo illi advocati: idem potest capellano suo, qui gratiam illi navavit operam, beneficium conferre, modo recta utriusque sit intentio, & nullum pactum precesserit, vel tacitum interveniat. Victoria de simonia n. 4. docet, ab eo non admitti simoniam, si conferat ultra jus divinum, qui dederit aliquid temporale contra beneficium, ut ejus amicitiam sibi conciliet, vel cogitet, amicitia illa uti, in eodem modo simoniam quidem ut valde improbat Victoria, & ego quoque improbo, ita libet at simonia, scilicet contra jus divinum.

Ex his, ad casum ab adversariis propositum facile respondetur, utrum scilicet Beneficiarius, pro resignato, beneficio tria millia numeraria accipere possit: & ut responso facilius intelligatur, supponamus, Ecclesiam vetuisse, ne quid Sacerdos percipiendo sacro accipiat, hoc posito, quero ex te, an illi Sacerdos pro sacrificio Missæ accepta pecunia, & simoniæ labem contrahat: illico distinguendum parat, si pecuniam, inquit, accipiat ut pretium sacrificii,

Quia verò advertari nolunt admittere, ad simoniam contra jus divinum requiri, ut inter veniat ratio pretii, oppono illis, selectum gravissimorum auctorum manipulum, quorum centum instituit Gibalinus in aureo, tract. de simon. q. 2.

Petrus Lombard. in 4. d. 24. D. Thom. citatus & alibi passim, D. Bonavent. in 4. d. 25. art. 1. q. 3. Albertus Magnus in 4. d. 25. art. 2. & 3. Alexander de Halles vel Alensis in summ. 2. part. q. 167. Petrus Tarterus in 4. d. 25. Ricard. à media villa ibidem art. 2. q. 1. Henricus à Gandavo quodlib. 1. q. 34. Durandus in 4. d. 25. quest. 3. Paludanus ibidem. quest. 4. Joan. Baconis ibidem quest. 4. art. 1. Dionysius Carthusian. in tract. de simon. lib. 1. cap. 1. & 2. Aureolus in 4. d. 25. quest. unica. art. 2. Thomas ab Argentina ibidem quest. 1. Joan. Major. ibidem Joan. Gerson. citatus, Armachanus in 99. Armenor. lib. 10. à cap. 13. ad 26. Gabriel Biel. in 4. d. 25. Cajetanus 2. 2. q. 100. Victoria relect. de simonia Dominicus Soto l. 9. de just. q. 6. art. 1. Aragonius in 2. 2. q. 100. art. 2. Petrus Navarr. lib. 2. de resit. c. 2. n. 384. Hadrianus quolib. 9. in 2. questio. Molander. tract. 9. cap. 3. dub. 1. Pelandus disp. 1. & 4. de simon. Felinus in 7. precep. c. 7. Brulefer quest. de sim. Barbola clarus, passim. item Navarrus passim, Sylvester. v. simonia q. 3. Altenfis 2. p. lib. 6. tit. 55. art. 5. Joann. Valerius in diff. utriusque juris verb. simonia, diff. 5. Villalobos tract. 37. diff. 1. num. 7. Raymundus de Pennafort in summ. 4. Armilla verb. simonia n. 5. Rosella ibidem 1. num. 4. Pilanella ibid. 1. n. 6. Gorties lib. 2. q. 9. canon. c. 23. n. 60. adde recentiores Valent. tom. 3. d. 6. q. 16. p. 3. Suar. lib. de simon. c. 4. q. 8. Fillius, tract. 45. c. 10. q. 4. Bonacin. disp. de simon. q. 2. n. 1. Laym. lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 2. num. 11. Sancti lib. 2. in decal. c. 43. n. 22. Loffi de sim. dub. 1. n. 9. Tolet. lib. 4. cap. 90. Sa ver. simon. n. 1. Bulenbaum lib. 3. tr. 1. c. 2. dub. 3. sed quid hic hæret de se hinc omnes alicujus nominis, & centum integrum habebis.

Nec est, quod aliquis putet, aliam esse Sancti Thomæ mentem, aliorumque multorum, qui volunt, esse simoniam, quando spiritale datur propter temporale, tanquam propter finem principalem, quia reverà illum finem principalem intelligunt, qui non sit tantum impulsivus, & sine quo non daretur spirituale, sed propter quem totaliter, sive ad finem, sive ab finem alia motiva, res spiritualis traditur, quod reverà pretium importat, id est, permutationem non gratuitam; hic autem loquendi modus finis principalis, ab auctoribus usurpatus fuit, ut melius simoniam merè mentalem explicarent; quam reverà explicationem ex iisdem auctoribus luculenter deducit Gibalinus citatus; nempe in qualibet venditione, confunditur finis principalis cum pretio, ac præter supradictos, in hanc rem citat Antonin. Covarruv. Panormit. Felin. & alios. Hinc dictum est supra, Doctorem Angelicum alterius sententiæ videri, licet ejusdem omnino sententiæ sit; nec nisi de nomine in hac distinctione finis principalis & pretii disputatur. Maneat ergo, communem illam esse simoniæ naturam & rationem: hinc si pactum præcedat, & alius titulus honestus absit, haud dubiè simonia est contra jus divinum, nec in pactum deduci potest titulus gratitudinis; pactum scilicet verum, quod inducat novam obligationem, ut recitè Suar. cap. 45. & reliqui ferè omnes; quia pacti obligatorii exequutio gratitudinis esse non potest, sed justitiæ; si autem sit alius titulus, quam gratitudinis, illeque honestus, non erit quidem simonia contra jus divinum, imò nec contra jus Ecclesiasticum.

cum, nisi in materia beneficii, in qua huiusmodi pacta prohibentur ut simonica. *cap. tua nos de simon. cap. preterea, de transactionib. cap. cum olim de rerum permutat. cap. quatum*, ubi dicitur pactio circa spiritualia semper continere labem simoniae; uno verbo sic de *simon. de rerum permutat. de concessione prebend.* nihil aliud magis inculcant. De hoc etiam fusc Barboia in *c. sicut Episcopum 1. quest. 2.* qui multos citat. Observabis autem, Valentiam nunquam hæc pacta in materia beneficii approbasse, sed in alia, quæ ad Missas, horas Canonicas, aliisque functiones Ecclesiasticas & Parochiales pertinet.

Præterea, actio illa externa gratuita donationis quæ à principio intrinseco procedit, quod rationem & essentiam simoniae destruit, scilicet ab illa actuali, vel habituali dispositione, non adæquandi pretio rem spirituales, cum qua stare non potest studiosa voluntas vendendi aliquid spirituale pretio temporali, simonica esse non potest; de actuali dispositione negari non potest; eadem autem ratio militat pro habituali, quæ destruit etiam rationem simoniae, quia stare non potest cum studiosa illa voluntate actuali, vel habituali; non cum actuali, quia per illam statim revocari censetur; nec etiam cum habituali, quæ exactualis non revocata sequitur; igitur prædicta illa dispositio habitualis, qua quis affectus est ad gratuitam donationem, cum simonia stare non potest, cum simonia, inquam, juri divino opposita: & hæc sunt principia Theologica, in quibus omnes conveniunt; nempe exterior illa donatio, seclusa lege positiva, est quid indifferens, ne dicam bonum, cum alteri benefacere bonum sit; igitur suam bonitatem, vel malitiam ducit ab interno principio donantis, quod revera si bonum est, in donationem imperatam bonitatem refundit; si malum, malitiam; at dispositio illa sive actualis, sive habitualis, nec vendendi, nec emendi rem spirituales pretio temporali, bona est, ut patet; igitur & donatio, quæ ab illa procedit, etiam bona est: hæc autem excusat Canonicos, Parochos, Presbyteros, Superiores Religionum, qui aliquid temporale recipiunt pro Missis, horis Canonicis aliisque precibus; item pro Sacramentalium administratione, admissione ad professionem, quia sunt ita dispositi actu, vel habitu, ut hæc volint recipere per modum pretii.

Nonnullis foris vox illa dispositio habitualis displicuit; sed immerito, cum frequens sit illius usus apud Theologos & Canonicos, Valq. in *3. p. q. 64. d. 138. cap. 6. n. 73.* Suar. *ibid. disp. 13. sect. 3.* & verò licet forte dispositio illa habitualis non sufficiat ad bonitatem, meritum & valorem actus, sufficit tamen ad removendam ab actu malitiam, quam solummodo mala voluntas refundit in illum, quando hic ex natura sua malus non est; sed mala voluntas cum prædicta illa dispositione habituali stare non potest: accedit quod S. Thom. & Cajet. quos *ibid.* citat Valq. habituales à virtuali non distinguunt; is ergo, qui cum prædicta dispositione, accepto pretio aliquid temporale, nullo pacto prævio, etiam tacito, aliquid spirituale donaret, non admitteret simoniam contra jus divinum; quod certè, ut jam dixi, ex multis textibus probatur, scilicet ex *cap. sicut Episcopum 1. q. 2. ex cap. etsi quæstiones de simon.* Gloss. 5. constat factum fuisse, &c. Barboia in prædictos text. multos citat, ut Andræam, Panormit. Bellamier. Ximen. Zabarella. Tiraquell. Ant. Angust. Flamin. Paris. &c. Nec dicas, inde facile omnem simoniam vitari, cum ex sola intentione pendeat: raro quippe homines à pacto & conventionione abstinere, ne res suas periculo exponant; pauci enim in gratitudine hominum spes suas

collocant; pauci pro acceptis, beneficiis grati sunt; pauci denique facili hominum fidei, nili pactum fimeatur, idem habent.

Opponunt deinde adversarii à Casuistis docti, nullam esse simoniam, licet promittatur pecunia pro beneficio conferendo, si perfolvendi voluntas ab illa est, hoc Casuistæ & iurisperiti communitate docent; scilicet essentiam contractus venditionis in verbis solis sitam non esse; & nisi voluntas obligandi, inter veniat, nullum contractum censeri; cum igitur simonia sit verus contractus venditionis, scilicet, ut virtualis; si perfolvendi voluntas sit, nulla est simonia; fateor quidem huiusmodi bene dem poena dignam esse; verum in materia beneficii, quidquid ponitur, non continet simoniam, ratio laborat pro hac doctrina, sicut etiam contra Doctores, Lessius de *simon. dub. 1. num. 11.* Caten. *opusc. 9. tom. 2. quest. 2.* Sotus *2. lib. 9. quest. 8. art. 1.* Tolet. *lib. 5. cap. 90.* Valentian. *3. disp. 6. quest. 1. part. 6.* Suar. *tract. 3. de relig. lib. 4. c. 3. n. 6.* Aragon. *2. 2. q. 100. art. 6. conf. 5.* Layman *lib. 4. tr. 10. cap. ult. §. 6.* Bonacin. *tr. de simon. d. 1. q. 2. n. 8.* Vall. *tr. 45. c. 10. q. 2.* Castro Pal. *tr. 17. disp. 3. p. 6.* W. lob. *tom. 2. tr. 37. diff. 35. n. 9.* Contra Navar. in meo iudicio nulla est difficultas; præsumitur tamen in foro externo, voluntas se obligandi, quod non negari modo pactum probari possit.

Opponunt denique maiorum Casuistarum opinionem esse, nullam admitti simoniam, si de religiosis ita inter se paciscantur, ut uno me latorum Provinciale, ego te vicissim meo Prioratum; neque etiam magna est hoc loco difficultas; si enim Provincialis, & Prioris officia non sunt beneficia, constat, nullam esse simoniam suspensionem in hoc pacto; quamvis aliqui abominabili ambitione infectum sit permutatio enim rerum spiritualium solis dumtaxat beneficiis prohibetur; sic licet requias alicujus Sancti cum aliis permutaretur; similiter de Missis celebranda, vel confessionibus audenda duo possunt inter se ita convenire, ut hæc habenda meas vices age, ego tuas agam proxime sequenti. Aragon. *2. 2. quest. 100. d. 1. Manuel tom. 2. sum. cap. 64. num. 2.* Beia *cas. 37.* Soto *lib. 9. quest. 1. ad 3. V. Gloria relet de simon. num. 17.* Lopez. *1. instruit. cap. 305.* Quod autem prædicta officia sint beneficia, plures Canonistæ & Theologorum censur. *disp. 2. quest. 3. punct. 24. num. 4.* Henricus *lib. 13. cap. 37. §. 3.* Lessius de *simon. dub. 25.* Aragon. *tom. 3. lib. 12. cap. 21. num. 16.* Portell. *tom. 2. resp. cas. 39.* Lezan. *tom. 1. cap. 15. n. 37.* hanc sententiam probabilem putat; Fillineus *tract. 45. cap. 15. n. 25.* ubi revocat ea, quæ dixerat pro contraria sententia *tract. 15. cap. 4. num. 87.* nemo tamen hoc pactum eximat à gravissimo peccato contra religionem, quod jus habet ad libertatem suffragiorum, item contra peccatum distributivum, quæ aliorum iuriconsultis inest etiam vitium ambitionis & subordinationis, quod in quibusdam ordinibus censuris subjacet, per Bullas particulares.

Porro censuræ in jure latæ contra simoniacos tantum afficiunt, qui simoniam admittunt in ordinatione ad professionem vel habitum religiosum, in administratione, vel susceptione ordinum, & in pacia beneficiis ut longè probabilis tenent Angeli ver *simon. num. 9.* Rosell. *ibid. num. 13.* Sylvester *quæst. 12.* Tabiena *ibid. quæst. 73.* Navar. in *Manuel. cap. 23. num. 111.* adde citatos supra, Sanchez, Barboia

CAPUT XIV.

De Interpretationibus legum.

ITEM vitiosis suis interpretationibus jus Canonicum ad peccandi licentiam detorquent, v.g. explicatione alicujus vocabuli; aut si verba clara sunt, mitiores circumstantias accerunt; aut si hæ planæ sunt & constantes, ad mentem legislatoris confugiunt; ita ut ex duabus oppositis opinionibus probabilibus, legislator unam approbet, alteri tamen probabilitatem non auferat: ex hujusmodi interpretationibus colligunt, Gregor. XIV. agentem de assassinis, sic enim quosdam sicarios vocant, quos immunitatis Ecclesiasticæ privilegio privat, eos solos comprehendere, qui pecunia conducti aliquem occiderint: pari modo asserunt, religiosum excommunicationi non subiacere, qui vestem deponit, ut ad lupanar se conferat. Diana denique suam sententiam præfert definitionibus trium Pontificum, qui definiverunt, religiosum ex ordine Minorum, factum Episcopum, à victu quadragesimali, quem voverat, liberum non esse.

REFELLITUR.

QUis amabo, vel tyro in jure ignorat, sæpe necessarium esse, ut Canonistæ, causidici, atque ipsi iudices, præfatis interpretationibus utantur. 1. quia sæpe Canones inter se videntur pugnare; ideo Gratianus decretum suum inscripsit concordiam discordantium Canonum. 2. sæpe verba, quibus lex concepta est, obscura sunt supra vulgi caput; titulus de verborum significatione argumento est. 3. diversæ sunt regulæ in jure, quibus sancitur, ut odiosa & difficilia restringantur: titulus de regulis juris, his egregiis legibus plenus est, quæ à Dyno & doctissimis aliis Canonistis explicantur. 4. Si quando aliqua controversia definita non est, ad similitudinem definitarum congruentias confugiendum est, quæ passim occurrunt in collectoribus; inter recentes Nicolaus Everardus, & Barbosa, de locis communibus, de verborum significatione, de clausulis tractatus scripserunt. Ipsi Patres ad Scripturarum, Canonum, Legumque intelligentiam, has regulas adhibent, docentque, non solum verborum, sed etiam circumstantiarum loci & temporis rationem habendam esse; dist. 29. illorum textus lectori suppeditabit; sed jam ad singula objectionis capita descendendo.

Verbo Assassinii in Bulla Gregorii XIV. illud tantum homicidium comprehendit, quod patratum pecuniæ pretio, quando quis accipit pecuniam ad eadem faciendam, ab omnibus Canonistis & Summistis docetur: ita Cajetanus verb. *Assassinium*, ibid. ceteri *Summistæ*. Bonacin. tom. 2. disputat. 3. quest. 7. punct. 6. §. 4. num. 2. & 3. ubi citat Probum, Ancaran. Unmol. Suar. Menoch. Julium Clar. Ambros. Deci. Mascard. Peregrin. Gabr. In Italia & Hispania auctores in hac significatione hoc vocabulum accipiunt; in Gallia nonnulli quodlibet homicidium proditorium, assassinii nomine appellant: tu vide sis Thesaur. in praxi, verb. *Assassinium*, cap. 1. n. 1. Farinac. quest. 123. num. 22. ubi multos citat, & hæc de primo capite sint satis.

Secundum nihil meliorem nititur argumentum; cum enim tempore Bonifacii VIII. complures monasteriis

cap. 1. Cajetan. & Suarez cap. 31. num. 20. Panormitan. Innocent. Turrecrem. Card. de hiis duo postremi Cajet. scilicet & Suar. ut probarent, hæc officia, beneficia esse dicuntur in extravag. cum detestabile, sit mentio in Ordine S. Benedicti, officia superiorum, beneficia, secus in ordine Mendicantium: ut pactum illud non modò non subiacet pœnis, sed eodem est simoniacum, si prioratus & proventus non sunt vera beneficia; ita Doctores canonici & juris canonici interpretes gloss. 17. in cap. 1. quest. 2. verb. pactio, item in cap. ult. de pact. in cap. 2. & cap. super eo, de transact. in cap. 1. de simon. in cap. ult. de rerum permut. cum gloss. super temporalia.

Est tamen opinio contrariam esse valde probabilem, quam defendunt gravissimi auctores, ut Rodrig. Portell. Lezana Sylvest. Petr. Navarr. Villal. Cajet. Suar. Hi duo postremi volunt, prædicta officia esse beneficia, ut dixi, & comprehendunt in extravag. cum detestabile, sed Portellus, licet eandem opinionem loquatur, negat tamen expressè tom. 2. resp. 6. prædictum pactum comprehendit d. extravag. & Lezana tom. 1. cap. 15. num. 32. rationes à Portello alibi probabiles esse testatur. Præterea multi Theologi & canonici interpretantur d. extravag. de pactis solummodo pecuniariis, ut Vega, cap. 101. cas. 12. Bonacin. de pact. d. 2. quæ 3. punct. 24. num. 4. ubi multos citat. Denique cum d. extravag. imponat gravissimam pœnam, Theologi & canonici committere docent, eas d. n. n. habere locum in pactis beneficiis, in collatione & receptione ordinum, & religionis ingressu, ut Less. Navarr. Sylvest. Angel. alii que supra citavi; Quare, ut jam indicavi, Suar. ut pactum pactum in d. extravag. includat, officia illa regularia, beneficia esse contendit; sed ut optimè observat Barbosa citatus, in odiosis, juxta reg. comm. juris, verba accipienda sunt in stricta & propria significatione, pro quo citat Less. & Azor, quibus adde Bonacin. & Henriques supra citatos.

Agenda autem d. extravag. alii probant contrariam sententiam per alios textus, scilicet C. quam pio r. quod 2. cap. cum primis & ult. de pact. cap. questum de rev. permut. in quo permutatio præbendarum prohibetur, præsertim pactio præmissa; quæ circa spiritualibus, labem semper continet simoniacæ, sed antiquiores canonistæ prædicta jura de pactis pecuniariis, vel beneficiis interpretantur; ita Innocent. C. questum Innocent. Hostiens. Archidiacon. citatam Barbosa in cap. questum de permut. ubi multos recentiores citat. Nonnulli tantum summistæ de pactis rerum spiritualium omnis generis interpretantur, licet plerique hæsitante loquantur, præsertim verb. *simon. quæ 16.* in remissarum pactum apponit. Petr. Navarr. l. 2. de rest. c. 2. n. 386. improbat pactum in omni genere, saltem, inquit, in beneficiis. Villal. ar. 17. quest. 24. concludit, pacta illa esse saltem inlicita, licet forte simoniaca non sint; igitur probabile est, prædictum pactum non esse simoniacum, nec comprehendit in d. extravag. cum detestabile, nec in aliis juribus adductis; licet æquè detestabile sit, ac si esset simoniacum. Et hæc de hac questione sint satis.